



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

IX. Ad D. Ioannem Lib. Baronem Lymburgium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Quodque duci dominata bono, iustoque, pioque:

Longæva fruitur sic benè pace domi.

Dij te semper ament, Princeps LVDOVICE:

(simulque

Prole patrem faciant te seniore senem.

VI.

D. Gabrieli Streinio Ba-
roni Schuarzenauio.

Prima timere Deum sit vitæ norma: secunda

Rectè agere. ille sapit, quisquis vtrumq; facit.

VII.

Ad D. Albertum Comi-
tem Leostenium.

Qui vult, atque potest beare multos:

Rex est ille beatus, atque felix.

Sors est aurea nempe sola regum,

Posse, & velle homines beare multos:

Rex vt dixit Anaxilaus ille.

IX.

In M. Curium.

Qui frugi, fortisque vir est: nec vincitur auro,

Nec ferro. testis sis mihi, Marce CVR I.

IX.

Ad D. Ioannem Lib. Ba-
ronem Lymburgium.

A S Non

Non quòd es illustri genitus de stirpe Baronum,
Aut quòd fortunæ tot bona diues habes:
Sed quòd es humanus, comisq̄, bonusque, probusq̄,
Quòd pius, ac veræ religionis amans:
Adde, quòd ingenuas caput effers miæ per arces
Et geminas animi nobilitate genus:
Hinc amo te, venerorq̄ue magis: teq̄ue, ^{anffio}

(Phæb,

Si pateris, celebri carmine, IANÉ, meo.
Expertus loquor, & do nil hîc auribus. ergo
Te vetat ipsa memor iam quoque Musa meo.
Dignum Musa virum fato sic eripit: ænum
Cui donat longum, perpetuumq̄ue decus.

X.

Ad D. Egolphum, Dominum
Rappoltstenum Baronem.

Cunctos beare qui scit, & vult, & potest
Vnus: vir hic beatus est.

Prudentiæ primum: clementiæ est alterum:
Felicitatis tertium.

Perfecta virtus hinc fit: & fit maxima,
EGOLPHE, virtutum parens,

Iustitia: quæ regnat tuo sub pectore:
Tot diues affatim bonis:

Magno quibus cunctos beas cum fœnore:
O ordinis decus tuæ.

Quod